



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum matrimonium cadat sub præcepto? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

*Unum matrimonium cadat sub precepto ?*

171

*Tho. ubi  
sup. ar. 2*

**A**d secundum sic proceditur. Videtur, quod ma-  
trimonium adhuc maneat sub precepto. Quia  
preceptum obligat, quamdiu non reuocatur. Sed prima  
institutio matrimonij fuit sub precepto, vt in littera \*  
dicitur: nec vnquam hoc preceptum legitur reuoca-  
tum, immo confirmatum. Matth. 19. Quos Deus con-  
iunxit, homo non separet. Ergo adhuc matrimonium  
est sub precepto.

*\* in 4 s. n  
tent. d. 26  
S. C.*

¶ 2 Præterea, Præcepta iuris naturalis secundum  
omne tempus obligant. Sed matrimonium est de iure  
naturali, vt dictum est \*. Ergo, &c.

*art. præc.*

¶ 3 Præterea, Bonum speciei est melius, quàm  
bonum indiuidui: quia bonum gētis est diuinius quàm  
bonum vnius hominis, vt dicitur in 1. Ethic. \* Sed  
preceptum primo homini datum ad conseruationem  
indiuidui per actum nutritiuæ, adhuc obligat. Ergo  
multo magis preceptum de matrimonio, quod per-  
tinet ad conseruationem speciei.

*lib. 1. c. 2.  
circa fin.  
illius.*

¶ 4 Præterea, Vbi manet eadem ratio obligans,  
eadem obligatio manere debet. Sed propter hoc obli-  
gatur homines ad matrimonium antiquo tem-  
pore, ne multiplicatio humani generis cessaret. Cum  
ergo hoc idem sequatur, si quilibet libere potest à  
matrimonio abstinere, videtur quod matrimonium  
est in precepto.

SED contra est, quod dicitur 1. Cor. 7. Qui non  
iungit matrimonio virginem suam, melius facit, scili-  
cet, quam qui iungit. Ergo contractus matrimonij  
nunc non est sub precepto.

¶ Præterea, Nulli debetur præmium pro transgres-  
sione precepti. Sed virginibus debetur speciale præ-  
mium, scilicet aureola. Ergo matrimonium non est  
sub precepto.

RESPONDEO dicendum, quod natura inclinatur ad  
matrimonium dupliciter. Vno modo, sicut ad id quod est  
necessarium ad perfectionem vnius: & talis inclina-  
tio

tio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. Alio modo, inclinatur ad aliquid quod est necessarium ad perfectionem multitudinis: & cum multa sint huiusmodi, quorum vnum impedit aliud, ex tali inclinatione non obligatur quilibet homo per modum præcepti: alias quilibet homo obligaretur ad agriculturam & ædificatoriam, & ad huiusmodi officia, quæ sunt necessaria communitati humanæ. Sed inclinationi naturæ satisficit, cum per diuersos diuersa de prædictis complentur. Cum ergo ad perfectionem humanæ multitudinis sit necessarium aliquos cõtemplatiuæ vitæ inferuire, quæ maxime per matrimonium impeditur: inclinatio naturæ ad matrimonium non obligat per modum præcepti, etiam secundum Philosophos. Vnde Theophrastus probat, quòd sapienti non expedit nubere.

*id ex il-*

*lo refert*

*Hier. li. 1*

*cont. Iou-*

*nianum,*

*in fo. 2.*

*ante finē*

*lib. to. 2.*

*† in cor.*

*huius ar.*

*\* in hoc*

*arc.*

*† in corp.*

*art.*

*Al. con-*

*tingit.*

Ad primum ergo dicendum, quòd præceptum illud non est reuocatum, nec tamen obligat vnumquemque, ratione iam dicta †: nisi illo tempore quo prædictas hominum exigebat, vt quilibet generationi careret.

Ad secundum, & tertium patet solutio ex dictis. Ad quartum dicendum, quòd natura humana communiter ad diuersa officia & actus inclinatur, vt dictum est †. Sed quia est diuersimode in diuersis, secundum quod indiuiduatur in hoc vel in illo, vnum magis inclinatur ad vnum illorum officiorum, & aliud magis ad aliud; ex diuersitate complexionum diuersorum indiuiduorum. Et ex hac diuersitate simul cum diuina prouidentia, quæ omnia moderatur\*, conuenit cuius vnus eligat vnum officium, vt agriculturam: alius aliud. Et sic etiam contingit quòd quidam eligant matrimonialem vitam, & quidam contemplatiuam. Vnde nullum periculum imminet.

#### ARTIC. III.

*Vtrum actus matrimonij sit licitus?*

172

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quòd actus matrimonialis semper sit peccatum. Dicitur enim